



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Divi Alchimi Aviti Viennensis Archiepiscopi uita ex Gennadio, Adone,
Trithemio & alijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

DIVI ALCHIMI AVITI VIENNENSIS AR-

chiepiscopi uita ex Gemadio, Adone, Trithemio & alijs.

ALchimo Auito pater fuit Isycius uir primum senatorij ordinis, deinde in episcopū assumptus: Mater Audentia quē ad modū ipse in libello de cōsolatoria uirginitatis laude ad sororem Fuscinā ostēdit. frater apollinaris Valētīnēsis episcopus miraculis adhuc uiuēs celeberrimus. Auitus igitur à puero humanis literis apprimē & supra quā illa ætas Vādalorū & Gothorū incursionibus ppe infecta ferre possēt institutus: quū illū amplissimū alioqui & locuples maneret patrimonium, ualefacto mundo monasticen professus est in cœnobio Diuorū Petri & Pauli ad urbis Viēnēsis mœnia: Inde patri Isycio in episcopatu succedēs totum se aduersum sui tps hēses cōtulit. Primū enim Gundebaldū Burgūdionū regē in Arrianorē hēresim lapsū in catholice ecclīe cōsensionē restituit. Deinde eius hortatu aduersus Arrianā factionēque Aphricā oēm cū Sardinia ac magnam partem Gallias & Italias occupauerat dialogos aliquot, & aduersum Nestorianos Entychianos, Sabellianos libellos duos cōscripsit. Et quū faustus ex abbate Lyriēsis monasterij apud Regium Gallie ep̄s factus. in Pelagij errorē (ut Ado Viēnēsis refert) lapsus esset, asserēs liberi arbitrij illuminationē, uirtutē, nō à Christo sed natura esse, aduersus hūc errorē librū edidit. Eplārū libros nouē scripsit, ad impatores, reges, pplos, & diuersas personas. Libellū quoq; de subitanea pœnitētia, Homiliarū libros plures & poēmata uaria, e quibus sequētia tātū superāt opuscula. Nec dubito reliqua ab Arrianis alijsq; hēreticis aduersum quos scripserat asportata esse, quorū insaniā & furorē saepe exptus est, plerūq; illorū insidijs ad mortē usq; & exiliū periclitatus. Nā id ætatis impatorū, regū, principūq; aīos fere occupauerāt hēretici. ualebat aut Auitus, & scribēdi & extpānea dicēdi declamādiq; facultate egregiē. ferūt nōnulli extare longē plures tāti uiri lucubrationes apud pictauos & ianuēses, quas obsecro uos lectores optimi siquādo in manus uestras uenerint, tāto fructu publicam utilitatem ne frustremini. Quantæ uerō & pietatis & eruditionis fuerit Alchimus abūdē testatur uetustū & elegās in eius cōmendationē epitaphiū quod idcirco huc adiungi curauimus.